



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Qvid Patres De Sacrificio Senserint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

peccatorij, Cum sine fide nec viuis missa proficit, neq; ex scripturis
sacerdarij affirme vel unam syllabam possint, ad defensionem ista-
rum fabularum, quas in Ecclesia magna autoritate docent, neq; Ec-
clesia veteris, neq; patrum testimonia habeant.

QVID PATRES DE SACRI- FICIO SENSERINT.

ET quoniam loca scripturar, quæ contra nos citantur, explicauimus, de patribus etiam respondendum est: non ignoramus Missam à patribus appellari sacrificium, sed hi non volunt Missam ex opere operato, conferre gratiam, & applicatam pro alijs mereri eis remissionem peccatorum culpæ & pœnæ. Vbi leguntur hæc por-
tanza verborum apud Patres? sed aperre testantur, se de gratiarum
actione loqui. Ideoq; vocant ἐνχαρισίᾳ. Diximus autem supra sa-
crificium ἐνχαρισίον non mereri reconciliationem, sed fieri à re-
conciliari, sicut afflictiones non meretur reconciliationem, sed tunc
sacrificia ἐνχαρισία, quando reconciliati sustinent eas. Et hoc
responsum in genere ad Patrum dicta, satis tuetur nos contra adver-
sarios. Certum est enim, illa figura de merito operis operati, nuf-
ficium extare apud Patres. Sed ut tota causa magis perspici possit,
decimus & nos de viu Sacramento, ea quæ certum est, consentanea
patribus & scripturar.

DE VIV SACRAMENTI, ET DE SACRIFICIO.

VIDEAM bellum homines singunt cœnam Domini institutam
esse, propter duas caussas. Primum, vt sit nota & testimonio
professionis, sicut terra forma cuculli, est signum certæ profesio-
ni. Deinde cogitare, præcipue talem notam Christo placuisse, vide-
licet coniunctionem, ut significaret mutuam inter Christianos coniunc-
tionem amicorum, amicitiam, quia symposia sunt signa federum, & ami-
citiae. Sed hæc opinio est ciuilis, nec ostendit præcipuum usum re-
rum a Deo traditarum. Tantum de caritate exercenda loquitur, quam
homines prophanii & ciuiiles, vtcunq; intelligent, De fide non loqui-
tur, quæ quid sit, pauci intelligunt.

SACRAMENTA sunt signa voluntatis Dei erganos, non
tantum signa sunt hominum inter se. Et recte definitur Sacramen-
ta in novo Testamento esse signa gratiæ, Et quia in Sacramento duo
signum & verbum. Verbum in novo Testamento est promissio

P 5 gratiæ